

Albertum, hoc ad filium minorem *Rudolfum*, ordinum consensione auctoritateque, in qua maximum tum etiam momentum fuit, translato. Cetera, quae gessit Imperator, alterius loci sunt, inter differendum paucis attingenda. Fatis concessit laudatissimus princeps Anno 1291. dignus, unde gens augustiora auspicia sumeret.

Quaeſtiones momentaque alia expedita. Educatio Rudolfi in aula Caſaris ac regis Bohemiae Ottocari: diuinatio Astrologi de fortuna eius: ſtatua Rudolfinæ Argentorati: inuentio nauium portatilium: iura Habsburgicorum in Landgrauiatum Alſatiae, qui eis hereditate obuenit: cauſae electionis ad imperium; fastus Ottocari, fauor Pontificis, amicitia cum Moguntino, virtus militiaque Rudolfi, commendatio in primis Burggrauii Norimbergici. Congressus Papae cum eodem: cauſae dilati itineris in Italiam: vicariatus Italiae quid? Ius Ottocari Boh. R. in Austria, Stiriam, Carinthiam; an in illis dotti, in hac emtioni locus? & quid demum poffeffio? an Austria masculina? an Carinthia fit allodium? ſuane, an ordinum auctoritate feuda imperio aperata, concedere ſuis potuerit imperator? an Bauaris ius reunionis competat in Austria inde auulſam? Norimbergensis Burggrauatus an tum primum hereditarius? obſervatio, Regiae stirpi Poruſſiae Austriacos omnia ſua incrementa debere: linguae Latinæ an tum locus in publicis conuentibus? Ius legationis in cauſis imperii penes quem? ſpecimen inueſtituræ Reg. Bohemiae: pie tas Rudolfi, & XIV. praeliorum victoria, glorioſa tandem mors.

Albertus n. - - m. 1308.

§. V.

Reliquos Sueviae ordines omnes episcopos, comites, nobilitatem, ciuitates & pagos Caſari imperioque, absque intermedio duce ſiue principe, paruiffe, ita ut neque iuniori Rudolfo neque Austriaeis ducibus poſtea aliis aliquid in eosdem iuris ſupereffet. Alius de nen ehemaligen Landes-Ständen des Herzogthums Schwaben, wurden lauter unmittelbare Reichs-Stände. Quare etiam Austriae duces poſtea dubitarunt Sueviae ducis titulo uti, in quam, poſt domanium, nihil iuris haberent. Scilicet, in re obſcura ita coniector: quin iunior Rudolfus omnem Sueviam, imperio tum apertam, impetraret, has cauſas fuiffe. Primo, quod uti neque Bois; ita neque Suevis dux obtrudi poterat in uitis: aſt hi nulla ratione moueri potuerunt, ut ducem vellent, poſtquam mutuo ac communi foedere ſibi consuluiſſent. Deinde ipſe Caesar Rudolfus facilius ab hoc ſibi deſiderio temperauit, partim, quod desperaret, aliquid obtinere Suevicis ordinibus in uitis: partim quod uno tempore duos imperii ducatus familiae inferre, rogatio & nimia eſſet & inuidiae pleniffima.